



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

Proœmium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546



ANTIDOTA EVANGELICA IN EVAN- GELIVM S. MATTHÆI.

Proœmium.

N*on* ditinartum Scripturarum les-
tione duo potissimū quæren-
da sunt: Literæ sacræ sensus gē-
nuinitis ac germanus: deinde ea-
rum v*er*sus præsentī temporī ma-
gis necessarius. Literæ sensum
in publica prælectione nostra
solis auditoribus dedisse contenti, quæ ad earum
præsentē v*er*sum potissimū facere duximus, ea non-
nihil relecta ac limata ad publicā v*tilitatem* emi-
tere (propitio Christo) statuimus. Qnum enim
horū temporū hæretici Euangelica & Apostolica
doctrina ita fide abutantur, in eaque suæ cause
firmamenta ac fundamenta ita constituant, vt re-
iectis probatissimorum Patrum iudicijs, tota que
ecclesiastice traditionis autoritate, ex solis
Scripturis, maximè Euangelicis & Apostolicis,
omnem de fide quæstionem terminari oportere,
& terminare se posse affirment, vnde & Euange-
lici propriè vocari volunt, Catholicos v*er*ò quasi
Scripturarum aut ignaros aut contemptorestra-

A ducant;

2 E V A N G E L I V M Q U I D.

ducant; propterea ad earum præsentem vsum id
maxime spectare & e re fore iudicauimus si om-
nia loca Euangelica & Apostolica accuratissimè
annotata tractaremus, vel quæ contra præsentes
hæreses valent plurimum, vel quibus ipsi hæretici
ad hæreses suas confirmandas impiè & sacrilegè
abuti solent. Longum, arduum, & molestum
Opus. Sed aut dabit perficere qui dedit velle, aut
Operi ipsi, quū illi placuerit, immoriemur. Atq;
ut ab Euangelijs exordiamur, primùm & ante
omnia, de ipsa voce ac verbo Euangelij, quod à
nobis Catholicis penitus ignorari vanissimè ia-
ctitant, & in quo pessimè intellecto, seipsoſ & a-
lios hæretici miserrimè deceperunt, paucula, per
modum apparatus, delibabo.

Quid sit Euangelium.

E V A N G E L I V M bonū ac lœtū nuncium signi-
ficare, omnibus in comperto est. Sed quod
sit hoc nuncium bonum ac lœtum, & in quo pro-
priè consistat, adeò liquidum & clarum non est.
In hoc tamen conueniunt omnes, hoc bonū nun-
cium, quod Euangeliū dicimus, in eo consistere,
quod Christum Redemptorem mundi, à tot re-
tro seculis promissum & expectatū, nobis exhibe-
Euangeliij beat. Ad vnum enim Christum refertur, quod
p̄es partes Euangeliū ea quæ sub vmbbris & figuris latebant
explicat. Per vnum Christū, quæ olim promissa
erant, Euangelium exhibit. In vno Christo rerū
diuinarum cognitionem absolutam, quæ quidem
ad salutem necessaria est, Euangelium præstat.
Ioan. 1. 16. Gratia enim & veritas per Iesum Christum facta est: &:
Ioan. 14. Hæc est vita eterna, ut cognoscant omnes te solum Deum, &
quem misisti Iesum Christum. Sed de gratia & salute
patribus